



PHÆDRI FABVLARVM
LIBER QVINTVS.

PROLOGVS.

Cum destinassem operis habere terminum,
In hoc vt aliis esset materiæ fatis,

1285 Consilium tacito corde damnaui meum.

Nam si quis talis etiam est tituli artifex,
Quo pacto diuinabit, quidnam omiserim,
Vt illud ipsum cupiat famæ tradere,
Sua cuique cum fit animi cogitatio

1290 Colorque proprius? Ergo non leuitas mihi,
Sed certe ratio causam scribendi dedit.

Quare, Particulo, quoniam caperis fabulis,
Quas Æsopæas, non Æsopi nomino;

Quasi paucas ostenderit, ego plures dissero,

1295 Vfus vetusto genere, sed rebus nouis,

Quarum libellum dum vacive perleges,

Hunc